EPIGRAMMATA DE MARMORIBUS OPERE SARSORIO·

Uisceribus lapidum permixta lege coactis·
Naturam faciunt artificum studia·
In solidum fractis riguerunt marmora membris
Partibus incrustam colligitur genius
Unam de uariis speciem conponere frustis
Qui potuit saxum duxit in obsequium·

IN MISSORIO UBI IMAGO IPSIUS EST

Diuitibus pr(a)elium est ennodi forma metallis·

IN CONCHA IPSIUS

Parturit unda fitem quam splendens concaministrat·

DE EQUO QUEM ACCEPIT HUNISCO·

Belliger algenti sompis nutrite sub axe·
Per tanais medium pectora sicca ferens
Cana pruinosis mandentem gramina lustris·
Uirtus lege poli quem sibi percoluit·
Post domitas gentes post flumina tanta cruoris·
Alter te dominus sed manet ipse labor·
Linque precor lituum cantus pas sure beatus·
Captiuus pacis mitteris obsequiis·
Nil tibi cum bellis commendant bucina laetum·
Quid iuuat experta semper amare neces·

DICTIO DATA DEUTERIO U̅S̅ GRAMMATICO NOMINE IPSIUS EUGENITI U̅I̅ MITTENDA

Gaudia transcendunt uires uox laeta superbit·
Ingenii maciem prospera non metuunt·
Dulcia tem poribus famulantur fila secundis·
Quod felix meruit nobile carmen erit·
Uox iusti quaestor legum substantia nobis·
Ceu foebus mitte uel tympana plectra lyram·
Docta camenarum coeat pia turba sororum·
Offerat argutto pollice quod loquitur·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0226